

Vita di Tertulliano

Il testimonio più "sicuro" è di S. Girolamo, *De viris illustribus* LIII:

Tertullianus presbyter, nunc demum primus post Victorem¹ et Appollonium² Latinorum ponitur, provinciae Africae, civitatis Carthaginiensis, patre Centurione Proconsulari. Hic acris et vehementis ingenii, sub Severo principe et Antonino Caracalla maxime floruit, multaue scripsit volumina, quae quia nota sunt pluribus, praetermittimus. Vidi ego quemdam Paulum Concordiae, quod oppidum Italiae est, senem, qui se beati Cypriani, iam grandis aetatis, notarium, cum ipse admodum esset adolescens, Romae vidisse diceret, referreque sibi solitum numquam Cyprianum absque Tertulliani lectione unum diem Ferturque vixisse usque ad decrepitam aetatem, et multa, quae non exstant opuscula condidisse.

Vincenzo di Lerino, *Commonitorium* 18:

Sed et Tertulliani quoque eadem ratio est Nam sicut ille³ apud Graecos, ita hic apud Latinos nostrorum omnium facile princeps iudicandus est. Quid enim hoc viro doctius, quid in divinis atque humanis rebus exercitatus? Nempe omnem philosophiam et cunctas philosophorum sectas, auctores, adsertoresque sectarum, omnesque eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum varietatem mira quadam mentis capacitate complexus est. Ingenio vero nonne tam gravi ac vehementi excelluit ut sibi nihil pene ad expugnandum proposuerit quod non aut acumine intruperit, aut pondere eliserit? Iam porro orationis suae laudes quis exsequi valeat, quae, tanta nescio qua rationum necessitate concerta est ut ad consensum suum quos suadere non potuerit impellat; cuius quot pene verba, tot sententiae sunt; quot sensus, tot victoriae. Sciunt hoc Marciones, Apelles, Praxeae, Hermogenes, iudaei, Gentiles, Gnostici, caeterique; quorum ille blasphemias multis ac magnis voluminum suorum molibus, velut quibusdam fulminibus, evertit. Et tamen hic quoque post haec omnia, hic, inquam, Tertullianus, catholici dogmatis, id est, universalis ac vetustae fidei parum tenax, ac disertior multo quam felicior, mutata deinceps sententia, fecit ad extremum quod de eo beatus confessor Hilarius quodam loco scribit: Sequenti, inquit, errore detraxit scriptis probabilibus auctoritatem, Hilarius in Matth. c. 5. Et fuit ipse quoque in Ecclesia magna tentatio. Sed de hoc nolo plura dicere. Hoc tantum commemorabo, quod contra Moysi praeceptum exsurgentes in Ecclesia novellas Montani furias et insana illa insanarum mulierum novitii dogmatis somnia veras prophetias adseverando, meruit ut de se quoque et scripturis suis diceretur: Si surrexerit in medio tui propheta. Et mox: Non audies verba prophetae illius. Quare? Quia, inquit, tentat vos Dominus vester utrum diligatis eum an non.

¹ 189-199.

² 185.

³ Origene.

Cronologia di Tertulliano

160 ? a Cartagine	De carne Christi
	De resurrectione mortuorum
197	Adversus Marcionem (V)
Ad martyras	De exhortatione castitatis
Ad nationes	De virginibus velandis
Apologeticum	
	211
198-206	De corona
De testimonio animae	
Adversus iudaeos	211-212
De praescriptione haereticorum	Scorpiace
Adversus Hermogenem	De idololatria
De spectaculis	
De oratione	212
De baptismo	Ad Scapulam
De patientia	
De paenitentia	213
De cultu feminarum	De fuga in persecutione
Ad uxorem	Adversus Praxean
	De monogamia
207-208	De ieiunio adversus psychicos
Adversus Marcionem (I-IV)	De pudicitia
	De pallio
208-212	
Adversus Valentinianos	
De anima	+ 220-222 ?